Quelle: http://manuscripta.at/?ID=392
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

Supplicacio Serenissimi domini Ducis Alberti Austrie in effectu continet nove puncta prout sequitur

Primo quod debeant mitti et deputari per Sacrum concilium visitatores per omnia sua dominia

2° quod illi deputentur quos sui oratores nominaverint

3° quod visitare habeant tam clerum quam populum exemptos et non exemptos

4° quod visitatorum huiusmodi potestas et facultas duret usque ad futurum generale concilium

5° quod omnes quos visitant possint audire confessiones et eos absolvere in omnibus casibus et ab omnibus irregularitatibus etiam sedi apostolice reservatis

6° quod omnia que ipsi visitatores fecerint tante sint firmitatis ut nec per viam appellacionis nec per sedem apostolicam sed dumtaxat per futurum concilium possint retractari

7mo Si contingat aliquem ex dictis visitatoribus impediri ut tunc possit alteri vices suas cum predicta facultate committere

8° quod canonicos Regulares in Austria ad uniformitatem habituum et cerimoniarum possint reducere

9na quod Religiosos de ordine Sancti Benedicti debeant reducere ad eum modum vivendi qui in Speru observatur

Minuta bulle quam perceperunt Magister Narcissus et Iohannes etc.

Sacrosancta generalis Basiliensis Synodus in spiritu sancto legitime congregata universalem ecclesiam representans Dilectis ecclesie filiis etc. Cordi nobis semper est solicitudinibus nostre potestatis adeo etiam principaliter dirigere perque radicatam malicie cupidinem de fidelium locis evellendi pateat aditus et si qua utriusque hominis morum deformitas irrepserit extirpandi liberior detur facultas, ut abiecte omnis spurcicie illecebris decor in domo domini speciosus refloreat et demum que ad universum tam spiritualium quam secularium statum utcumque comprobate attinent, ac religioni christiane conveniunt, per dictorum successus felicia suscipiant incrementa. Same pro parte dilecti ecclesie filii nobilis viri Alberti ducis Austrie et marchionis moravie nobis nuper exhibita peticio continebat quod nonnullorum hominum inconsulta temeritas adeo habundavit ut iniquitatem suam dissimulando et in alios eorum forefacta retorquenda voces increpabas adversus homines utriusque status de morum deformitate aliisque inordinatis excessibus extollentes ipsos omnis status in plerisque locis non modica

| abas libidine

9 10 quod habere instituere et destituere omnes prelatos et alios in feudis [illegible]